

12

1415, 10 aprile.

*Sentenza in materia di avaria, pronunciata in lite tra ser Martino di Luca da Pullignano, padrone di un naviaglio, e ser Simone de Joghis, detentore delle mercanzie del castellano di Barletta.*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo quadrigentesimo quintodecimo, indicione VIII<sup>a</sup>, die decimo mensis aprilis. Tempore illustris principis et excelsi domini nostri domini Thome Mocenigo, Dei gratia incliti ducis Venetiarum etc., nec non magnifici et potentis domini domini Jacobi Triuisano honorabilis comitis Jadre. Nos Barollus de Drechia, Jeronimus de Grisogonis et Simon de Galellis, iudices curie consulum et maris ciuitatis Jadre, uisa, audita et diligenter intellecta et examinata petacione, coram nobis facta per ser Martinum Luce de Pullignano, patronum unius nauigii, petentem per nos sententiari et condenari(!) debere ser Simonem de Joghis, tanquam illum qui recepit et in cuius manibus et custodia mercancie seu blada egregii uiri ser Simonis Colle de Fusco honorabilis castelani Barlethi, ser Zanelli Fanaro et Nardi Stopa (Scopa?), habitantium terre Barolli sunt, date et consignate per ipsum patronum in ciuitate Jadre, de mandato predictorum ser Simonis, ser Zanelli et Nardi, ad dandum, soluendum et numerandum ipsi Martino patrono, de bonis et mercantiis predictorum ser Simonis, Zanelli et Nardi, uaream tangentem: Primo de ducatis quinque auri pro damno unius temoni, unius branche, unius corsie et unius cathene a latere destro sui nauigii, perditarum in mari propter fortunale maris et aeris tempestatem. Item ducatos sex auri pro damno arboris de pope, antenne et suorum fulcimentorum. Item ducatos septem auri pro damno unius resti et unius prise, perdite ut supra. Item ducatum unum auri pro uarea unius fuste de proda, perdite ut supra. Item unum ducatum auri pro uarea damni habiti in uello artimoni. Item ducatos nouem auri pro uarea trium uxellorum de uino projectorum in mari, propter fortunale maris et aeris tempestatem. Item ducatos quatuor auri pro fractura unius prexoline, propter fortunale maris et aeris tempestatem. Que res in totum summant ducatos trigintatres auri. Et auditae et diligenter intellectae et examinatae responsione dicti ser Simonis dicentis et respondentis predicte peticioni quod nulla res rotunda uidelicet, temon, arbor et anthena et alie res que essent in coperta non debent habere uaream; et quod de rebus superius perditis, de quibus de iure debet fieri uarea, per nos fiat debita et iusta extimatio. Et auditis et diligenter examinatis cum sacramento marinariis dicti nauigii super ualorem predictarum rerum perditarum. Et generaliter uisis omnibus et singulis, que in predictis et circa predicta per nos uidenda, discucienda et examinanda fuerunt, per ea que uidimus et cognouimus et nunc uidemus et cognoscimus, CHRISTI NOMINE inuocato, pro tribunali sedentes sub logia magna ad nostrum solitum banchum iuris, ut moris est, talem inter dictas partes, hiis partibus presentibus et intelligentibus, nostram sententiam et pronunciationem damus et proferimus in hiis scriptis et in hunc modum, uidelicet: Quia dicimus, pronunciamus, sententiamus, declaramus et predictum ser Simonem, tanquam detemptorem mer-